Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

flamma. Quasi ortus voluptatis
terra coram eo: et post eum solitudo
deserti: neq; est qui effugiat eum
Quasi aspectus equorum aspectus
eorum: et sicut equites sic current. Si
b cut sonitus quadrigarum super capi
ta montium exilient: sicut sonitus
flamme ignis devorantis stipulam
velut populus fortis instructus ad
prelium. A facie eius cruciabuntur
populi: omnes vultus redigentur in
ollam. Sicut fortes current: quasi
viri bellatores ascendet murum
viri in viis suis gradient: et non
declinabunt a semitis suis. Vnus
quisq; fratrem suum non coarctabit
singuli in calle suo ambulabunt
set et per fenestras cadent: et non
demolient. Vrbem ingredientur.
in muro current. domos conscen
dent: per fenestras intrabunt sicut
fur. A facie eius contremuit terra
moti sunt celi. Sol et luna obtenebrati
c sunt: et stelle retraxerunt splen
dorem suum. Et dominus dedit vocem
suam coram facie exercitus sui: quia
nimia sunt nimis castra eius
quia fortia et facientia verbum eius
magnum est enim dies domini: et terribilis
valde. Et quis sustinebit eum
Nunc ergo dicit dominus. Convertimini
ad me in toto corde vestro in ieiu
nio et fletu et in planctu: et scin
dite corda vestra et non vestimenta
vestra. Et convertimini ad dominum
deum vestrum: quia benignus et miseri
cors est: patiens et multe mi
sericordie et ignoscens super ma
licia eius sicut si commutatus et
ignoscat deus: et relinquat
post se benedictionem. Sacrificium et
d libamen domino deo nostro. Canite
tuba in sion: sanctificate ieiunium
vocate cetum: congregate populum sanc
tificate ecclesiam: congregate senes
congregate parvulos et sugentes
ubera. Egrediatur sponsus de cubi
culo suo: et sponsa de thalamo suo. Inter
vestibulum et altare plorabunt
sacerdotes ministri domini et dicent. Par
ce domine parce populo tuo: et ne des he
reditatem tuam in opprobrium: ut dominentur
eis nationes. Quare dicunt
in populis ubi est deus eorum. Zelatus est dominus terram suam: et pepercit
populo suo. Et respondit dominus: et
dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum et vinum
et oleum: et replebimini in eis: et
e non dabo vos ultra opprobrium
in gentibus. Et eum qui ab aquilone est procul faciam a vobis: et
expellam eum in terram inviam et
desertam. Faciem eius contra mare orientale: et extremum eius usque ad
mare novissimum: et ascendet
fetor eius. Et ascendet putredo
eius: quia superbe egit. Noli timere
terra: exultate et letare: quoniam
magnificavit dominus ut faceret. Nolite timere animalia regionis: quia
germinaverunt speciosa deserti. Quia
lignum attulit fructum suum: ficus
et vinea dederunt virtutem suam
Et filii sion exultate et letamini
in domino deo vestro: quia dedit vobis
doctorem iustitie: et descendere
f faciet dominus ad vos imbrem ma
tutinum et serotinum sicut in principio
et implebunt aree frumento: et
redundabunt torcularia vino et
oleo. Et reddam vobis annos quos
comedit locusta et bruchus et tu
bugo et eruca: fortitudo mea